



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Paulus Roin.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

eo, quòd Ioanni horum fo-
 cio pepercerit miles, cùm
 interrogatus Ioannes num-
 & ipse de Sacerdotibus ef-
 set; se futorem non Sacerdo-
 tem esse dixisset.

Fides.

Paulus Roin. Coad.

Gratiâ etiam apud Ethni-
 cos dynastas, dicendi facun-
 diâ, & magnis pro Euange-
 lio sudoribus fuit spectabi-
 lis; fructu non impari ani-
 marum, quarum studio se to-
 tum transcripserat. Sed à
 Cubosama in exilium rele-
 gatus vnâ cum alijs quos
 tyrannus in Iaponia ferre
 nō poterat, ne Christi fidem
 proleminare porrò perge-
 rent, in Philippinis à nau-
 gationis arumnis confectus
 est; lætus quòd fidelis Chri-
 sto exul potiùs moreretur,
 quàm in patria viueret sine

*Iapon.
 Manila.
 17. Febr.
 1615.
 stat. 64.
 Soc. 39.*

Fides.

Christo.

P. Emmanuel Fernandus.

Afer.
Eboræ
18. Febr.
1555.
Soc 13.
Miseri-
cordia.

*Charitas.**Concio.*

Afer Tingitanus nobili loco natus. Aiunt, illum parvulum aliquando cibum non prius capere voluisse quàm inopibus quibusdam nomina, seu debita dimitti à parentibus exorasset. S. Xaverij, ac Rodericij vñ animum Vlyssiponæ ad Societatem adiecit, susceptus Conimbricæ. Transtaganas missiones pedes concursans, distractos odijs animos ita permouit, vt eodem die aliquando quinquagenos dissidentes hactenus, in lachrymas, & amplexus pacificationis peractæ testes ire viderit. Fæminis cultum pudicum, vano abiectò, persuasit, eo dicendi fulmine quo animos permiscebat; sacrificio